

## Questio Prima.

**C**Decimo probatur q̄ accidens existens i subiecto non solum est agens instrumentale et forma substancialis agens principale vt dictum est quia calor q̄ calefacte calefacit principaliter. Forma enim eius potius frigefaceret. Item posita frigiditate aque manus frige fit omni alio secluso non autem conuerso puta si ponatur aqua sine frigiditate ergo frigiditas est totalis causa. Item quando vapor eleuatus ascendit sursum ille motus causatur a leuitate tantum et per hoc posset probari q̄ leuitas est natura. Item tunc omnis motus esset naturalis vtpu ta quando aqua calefacit manum quia hoc esset a forma eius. Et similiter arguitur de motu sursum qui est per leuitatem.

**C**Undecimo deus prius producit res q̄ agens naturale quia prius est deus agere q̄ agens naturale agere non enim conuertitur subsistenti consequētia ergo prius res est q̄ agens naturale agat sed quod iam est a nullo potest produci igitur. Item de⁹ nūc eodem modo se habet sicut haberet si p̄duceret res se solo terminaret totaliter productionem rei ergo et nunc. Item commen. dicit. ix. metaphi. L. vii. q̄ moderni ponunt vnum agens omnia entia causare sine medio scilicet deum et conuenit illis dicere vt nullum ens habeat propriam actionem naturaliter et per consequens non habebunt essentias proprias. Actiones enim non distinguuntur nisi per essentias diuersas. Et ista opinio ē valde extranea a natura hominis. Item omne calidum est a primo calido ergo omne esse est a primo efficiente et non a gente naturali.

**C**Ad primum dicendum q̄ accidens non depēdet a subiecto essentialiter et ideo non est essentialiter posterius. Sed contra actio accidentis et actio substantie habent ordinem essentialē ergo actio accidentis est essentialiter posterior ideo dicunt alijs q̄ actio accidentis non posset esse sine substantia nisi deus suppleret vicem substantie. id est causalitatem Sed de hoc alias. Ad aliud dicunt quidam illam p̄ positionem non haberi in philosopho sed bene dicit philosophus q̄ actiones sunt singularium aliter tamē dicitur q̄ accidens separatum habet modum suppositi. Sed queritur cum abstractum non predicitur de concreto. An ista sit vera albedo separata est agens et calefaciens. Dicendum q̄ sic. Ad aliud dicunt q̄ quantitas habens accidentia naturalia nō est ens mathematicum et ideo potest agere. Sed an quantitas sine accidentibus videretur dicendū q̄ non licet vocetur sensibile per se. iij. de anima.

**C**Ad secundū dicit hoc verū est de agentibus vni uocis. Ad aliud dicunt q̄ accidens separatum a substantia adhuc est in quantitate et per consequēt extensem vtrum autem seclusa quantitate ageret de hoc postea.

**C**Ad tertium dicitur q̄ species et qualitas nō sūt principium totale suarum operationum et ideo separata non possent eas exercere. Sed contra calor etiam non est totalis causa quando est in homine ipsius calefactionis. Item species in visu videtur esse totalis causa visionis ideo videtur quibusdam q̄ species et charitas separata possent introducere suos actus in anima quia. S. T. dicit prima parte q̄ nichil differt ad hoc q̄ forma sit principium actionis q̄ sit inheres vel q̄ sit per se subsistens. q. lvi. ar. i. Sed dico q̄ non est simile de istis accidentib⁹ spiritualibus et alijs quidam dicunt hec accidentia nō posse separari quia non indivisiunt seip̄is ut q̄tis

## Articulus Quintus.

tas sed contra anima separatur. De calore dicitur q̄ deus communicaret sibi potentiam actiuam qd si non faceret forte nō ageret vel dicit q̄ nulla substantia citra deū est sua potentia activa. Ad aliud negatur consequētia. Ad aliud dicitur q̄ esse quod pri⁹ habebat accidens quando erat in subiecto nūc est esse per se accidentis et prius habebat illud esse era tamen in potentia obedientie vt esset per se nō secundum propriam naturam et ideo non est de genere substantie.

**C**Ad quartum dicit. S. T. lib. iij. contra gentiles ca. lxix. ad quartum q̄ quantitas non impedit actionem forme nisi per accidens vnde corpus quod habet minus de materia et plus de forma sicut ignis est magis actuum. Ad aliud dicitur q̄ forma non fit vel si fiat habet materiam in qua quod sufficit.

**C**Ad quintum dicit. S. T. de potētia. q. tertia ar. vii. tertium. q̄ deus et natura immediate operātur idem duabus operationibus subordinatis. Quidā dicunt q̄ deus immediate attingit formam rei immediactione virtutis quia nulla causa attingit suū effectum nisi virtute prime cause eo q̄ prima causa applicat quodlibet agens ad operationem sed agencia naturalia agunt immediate immediactione sup̄positi. Ad aliud dicit ibidem ad septimum q̄ id quod a deo fit in re quo actualiter agat est vt intentio sola habens esse incompletum per modum quo colores sunt in aere et sic non proceditur in infinitū Albertus magnus commento suo. xxix. vult concordare auicennam cum alijs capitulo. iij.

**C**Ad sextū dicit q̄ idē effect⁹ pducit a deo et ab agete naturali necessario necessitate nature. Ad aliud dicit. S. T. de potētia. q. iij. ar. vii. ad. xxiij. q̄ voluntas dicit habere dominū sui actus nō per exclusiōnem cause prime sed quia causa prima non ita agit in voluntate vt eam de necessitate ad vnum determininet. Et ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis et voluntatis. Sed contra voluntas quantum est de se est indifferens ad plures act⁹ eiusdem speciei q̄ ergo producat hunc et non illum hoc est quia a deo determinatur. Negatur consequētia sed est ex libertate voluntatis. Ad aliud dicit ibidem ad. xvij. q̄ deus perfecte operatur vt causa prima requiritur tamen operatio nature vt causa secunda non absolute sed vt seruetur ordo in rebus. Ad aliud dicitur q̄ deus producit totum sed non se solo nisi vno modo vide. S. T. contra gentiles libro tertio. capi. lxx. ad tertium.

**C**Ad septimum dicit ibidem ar. xi. ad decimumq̄num q̄ anima rationalis excedit totum ordinez corporalium principiorum vnde nullum corpus potest agere etiam vt instrumentum ad eius productionē. Sed contra homo generando disponit materialē ad formam rationalem ergo agit instrumentaliter ad eius productionem. Negatur consequētia quia anima rationalis excedit modum actionis vt inquit S. T. opus. xxxij. quia non est forma materie penitus immersa. Generativa enim potentia hominis non ē tota virtus anime humanae sed vna pars eius que conditiones materie non excedit. Et ideo in generatione hominis non attingitur ad idem specie ex vi generationis sicut in alijs quantuncumq̄ enim materia secundum naturam disponatur ad animas humanas deus tamen posset eam non creare. Sed contra omne agens agit sibi simile et oē agens agit per virtutem forme ergo illud quod agens agit est forma facti ergo forma hominis geniti ē per actionem